Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

X ~~165~~ 171
G 51
GW. 7003
CA. 436

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Marci Tullii Ciceronis De amicicia.



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

M.T.C. De amicicia.

Quintus Mutiꝰ Au-
gur Sceuola multa narrare de Caio Lelio
ſocero ſuo memoriter ⁊ iucũde ſolebat. nec du
bitare illũ in omni ſermone appellare ſapiẽtẽ.
Ego aũt a patre ita erã deductus ad ſceuolã ſumpta virili to-
ga: vt quo ad poſſem ⁊ liceret a ſenis latere nũq̃ diſcederem.
Itaqꝫ multa ab eo prudẽter diſputata. multa etiaꝫ breuiter et
cõmode dicta memorię mandabam. fieriqꝫ ſtudebam in dies
eius prudentia doctior. Quo mortuo. me ad pontificem Sce
uolam contuli. quę in vnum noſtrę ciuitatis ⁊ ingenio ⁊ iuſti-
cia preſtantiſſimum audeo dicere. Sed de hoc alias. nunc re
deo ad augurem. Quum ſepe multa narraret tum memini do
mi in hemicyclo ſedentem vt ſolebat quum ⁊ ego eſſem vna et
pauci admodum familiares. in eum ſermonem illum incidere
qui tum fere omnibus erat in ore. Meminiſti enĩ profecto at-
tice ⁊ eo magis q̃. P. Sulpitio vtebare multum. cum is tri-
bunus plebis capitali odio a Quinto pompeio quę tum erat
conſul diſſideret. qui cum coniunctiſſime ⁊ amantiſſime vixe
rat. quanta eſſet hominũ vel admiratio vel q̃rela. Itaqꝫ tum
Sceuola cũ in eam ipſam mentionem incidiſſet. expoſuit no
bis ſermonẽ Lelij de amicicia. habitũ ab illo ſecũ. ⁊ cum alio
genero. C. Fannio Marci filio paucis diebus poſt mortem
Africani. Cuiꝰ diſputatiõis ſentẽtias memorię mãdaui. quas
in hoc libro expoſui meo arbitratu. Quaſi enĩ ipos induxi lo-
quẽtes. ne inquã ⁊ inquit ſepiꝰ interponerẽ. Atqꝫ ideo feci vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

tanq̃ȝ a pn̄tib9 corā haberi ſermo videret. Cū.n.mecū ſepe ageres vt de amicicia ſcriberē aliq̄d. digna mihi res cū oim̄ cognitione tum nr̄ā familiaritate viſa ē. Itaq̃ȝ feci nō inuit9: vt p̄deſſem multis tuo rogatu. Sed vt in Catone maiore feci q̄ ē ſcriptus ad te de ſenectute. Catonē induxi ſenē diſputantē. qꝛ nulla videbat aptior pſona q̄ de illa etate loq̄ret quā eius. q̄ ꝛ diutiſſime ſenex fuiſſet. ꝛ in ipſa ſenectute p̄ ceteris floruiſſet. Sic cū accepiſſem9 a partib9 maxime memorabile. C. Lelij ꝛ. P. Scipionis familiaritatē. C. Lelij pſona viſa ē idonea fuiſſe. que de amicicia ea ipa diſſereret. q̄ diſputata ab eo meminiſſet magiſter meus Sceuola. Genus aūt hoc ſermonū poſitū in hoim̄ vetex auctoritate. ꝛ virox illuſtriū. plus (neſcio q̄ pacto) videt habere grauitatis. Itaq̃ȝ ipſe mea legēs ſic afficior interdum: vt Catonē nō me loqui exiſtimem. Sed vt tum ad ſenē ſenex de ſenectute. Sic in hoc libro ad amicū amiciſſimus de amicicia ſcripſi. Tum eſt Cato locutus quo erat nemo fere ſenior tēpibus illis nemo prudētior: nunc Lelius ꝛ ſapiens (ſic eīn eſt habitus) ꝛ amicicie gloria excellens. de amicicia loq̄tur Tum velim a me animū parumper auertas Lelium loqui ipſum putes. C. Fannius. ꝛ Quintus Mutius ad ſocerum veniunt poſt mortem Africani ab his ſermo oritur. Reſpondet Lelius cuius tota diſputatio eſt de amicicia. quam leges tute ipſum cognoſces.

FANNIUS.

Sunt iſta vera Leli. nec enim melior vir fuit Africano quiſquā. nec clarior Sȝ exiſtimare debes omniū oculos in te eſſe coniectos. vnum te ſapientem ꝛ appellant ꝛ exiſtimant Attribuebatur hoc modo. M. Catoni. Scimus. L. Accilium a-

pud patres noſtros appellatum eſſe ſapientem. Sed vterqȝ alio quodam modo. Accilius quia prudens eſſe in iure ciuili putabatur. Cato quia multarum rerum vſum haberet. multaqȝ eius ⁊ in ſenatu ⁊ iu foro. vel prouiſa prudenter. vel acta cōſtanter. vel reſponſa acute ferebantur. Propterea quaſi cognomen iam habebat in ſenectute ſapientis.

¶ Te autem alio quodam modo. non ſolum natura ⁊ moribus verum etiam ſtudio ⁊ doctrina eſſe ſapientem. Nec ſicut vulgus. ſed vt eruditi ſolent appellare ſapientem qualez in grecia reliqua neminem. Nam qui ſeptem appellantur. eos qui ſubtilius querunt in numero ſapientum non habent Athenis vnum accepimus. ⁊ cum quidem etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimum iudicatum. hanc eſſe in te ſapientiam exiſtimant: vt omnia tua in te poſita eſſe duces. humanoſqȝ caſus virtute inferiores putes. Itaqȝ ex me querunt. credo ex hoc item Sceuola. quonam pacto feras mortez Africani. eoqȝ magis. ꝙ in his proximis nonis. cum in hortos. D. Bruti auguris commentandi cauſa: vt aſſolet. veniſſemus. tu non affuiſti qui diligentiſſime ſemper illum diem ⁊ illud munus ſolitus eſſe obire.

¶ SCEUOLA

¶ Querunt quidem. C. Leli multi vt eſt dictum a Fannio. ſed ego id reſpondeo. quod animaduerti te dolorem quem acceperis. tum ſummi viri. tum amiciſſimi morte ferre moderate. nec potuiſſe non commoueri. nec fuiſſe id humanitatis tue. Quod autem iiſdem nonis in collegio noſtro non affuiſſes valetudinem cauſam reſpondeo non meſticiam fuiſſe. Lelius. Recte tu quidem Sceuola ⁊ vere. Nec enim ab iſto officio quod ſemper vſurpaui cum valerem. abduci incōmodo meo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

debui. Nec vllo caſu arbitror hoc conſtanti homini poſſe con
tingere: vt vlla intermiſſio fiat officij. Tu autem Fanni q̄ mi-
hi tantum tribui dicis. quantum ego nec agnoſco nec poſtulo
facis amicę. Sed vt mihi videris non recte iudicas de Cato
ne. Aut enim nemo. quod quidem magis credo. aut ſi quiſq̃ꝫ
eſt. ille ſapiens fuit. Quomodo enim vt alia omittam. mortem
filij tulit: Memineram Paulum. Videram Caium. Sed
hi nec comparantur Catoni maximo ⁊ ſpectato viro. Quam
ob rem caue Catoni anteponas ne iſtum quidem ipſuȝ. quem
Apollo vt ais ſapientiſſimum iudicauit. Huius enim facta
illius dicta laudantur. De me autem vt iam cum vtroqꝫ lo-
quar ſic habetote. Ego ſi Scipionis deſiderio me moueri ne
gem q̃ꝫ id recte faciam viderint ſapientes. ſed certe mentiar.
Moueor enim tali amico orbatus. qualis vt arbitror nemo
vnq̃ꝫ erit. ⁊ vt confirmare poſſum. nemo certe fuit. Sed non
egeo medicina. me ipſe conſolor. ⁊ maxime illo ſolatio ꝙ eo er-
rore careo. quo amicorum diſceſſu plęriqꝫ angi ſolent. Nihil
mali accidiſſe Scipioni puto. mihi accidit ſi quid accidit Su
is autem incommodis grauiter angi. non amicum. ſed ſeipſuȝ
amantis eſt. Cum illo vero quis neget actum eſſe pręclare. ni
ſi enim. quod ille minime putabat. immortalitatem optare vel
let. quid non eſt adeptus quod homini fas eſſet optare. Qui
ſummam ſpem ciuium quam de eo iam puero habuerant. cō
tinuo adoleſcens incredibili virtute ſuperauit. qui conſulatuȝ
petijt nunq̃ꝫ. factus eſt conſul bis. primum ante tempus. iteꝝ
ſibi ſuo tempore reipublicę pęne ſero. qui duabus vrbibus e-
uerſis inimiciſſimis huic imperio non modo pręſentia. veruȝ
etiam futura bella deleuit. Quid dicaȝ de moribus facillimis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

de pietate in matrem: de liberalitate in ſorores: bonitate in ſu-
os: iuſticia in omnes. Hęc nota ſunt vobis ꝗ autem ciuitati
charus fuerit. męrore funeris indicatum eſt. Quid igitur hunc
paucorum annorum acceſſio iuuare potuiſſet. Senectus em̄
quāuis non ſit grauis vt memini Catonem vno anno anteꝗ̄
mortuus eſt mecum. ⁊ cum Scipione diſſerere. tamen aufert
eam viriditatem in qua etiam nunc erat Scipio. Quam ob
rem vita quidem talis fuit. vel fortuna. vel gloria: vt nihil poſ
ſet accedere. Moriendi autem ſenſum celeritas abſtulit. qui
de genere mortis difficile dictu eſt. quid homines ſuſpicētur
videtis. Hoc tamen vere licet dicere. P. Scipioni ex multis
diebus quos in vita celeberrimos lętiſſimoſqꝫ viderit illum
diem clariſſimum fuiſſe cum ſenatu dimiſſo domū reductus
ad veſperam eſt a patribus conſcriptis populo Romano ⁊ ſo
cijs latinis pridie ꝗ exceſſit e vita: vt ex tam alto dignitatis gra
du ad ſuperos videatur potius ꝗ ad inferos perueniſſe. Ne
qꝫ em̄ aſſentior ijs qui hęc nuper diſſerere cęperunt cum corpo
ribus ſimul animos interire. atqꝫ omnia morte deleri. plus a-
pud me antiquoꝝ auctoritas valet. vel noſtroꝝ maiorum qui
mortuis tam religioſa iura tribuerunt. quod non feciſſent ꝓfe
cto ſi nihil ad eos pertinere arbitrarent̄. vel eoꝝ qui in hac ter-
ra fuerūt. magnāqꝫ gręciā q̄ nūc quidē deleta ē. tum florebat in
ſtitutis ⁊ p̄ceptis ſuis erudierūt. vel eiꝰ q̄ Apollīs oraculo ſa-
pientiſſimꝰ eſt iudicatꝰ. q̄ non tum hoc tum illud: vt in plęriſqꝫ
ſed idem dicebat ſemper aīos hoīm eē diuios. hiſqꝫ cū e corpo
re exceſſiſſent. reditum ad cęlum patere. optimoqꝫ ⁊ iuſtiſſimo
cuiqꝫ expeditiſſimū. qđ idem Scipioni videbat̄ q̄ idē q̄ſi p̄ſa
giret ꝑ paucis an̄ mortē dieb9. cū ⁊ Philꝰ ⁊ Maniliꝰ adeſſent

et alij plures. tuqꝫ etiam Sceuola mecum veniſſes. diſſerunt
triduum de republica. cuius diſputationis fuit extremum fe
re de immortalitate animorum. quę ſe in quiete per viſum ex
Africano audiſſe dicebat. Id ſi ita eſt: vt optimi cuiuſqꝫ ani-
mos in morte facillime euolet tanq̄ꝫ e cuſtodia vinculiſqꝫ cor-
poris. cui cenſemus curſum ad deos faciliorem fuiſſe q̄ Sci
pioni. Quo circa morte hoc eius euentu vereor. ne inuidi ma-
gis q̄ amici ſit. Si autem illa vereor: vt idem interitus ſit a
nimorum ꝛ corporum. nec vllus ſenſus maneat: vt nihil boni
eſt in morte. ſic certe nihil mali. Senſu enim amiſſo fit idem
quaſi natus non eſſet omnino Quem tamen eſſe natum ꝛ nos
gaudemus. ꝛ hęc ciuitas dum erit letabitur. Quam ob rem
cum illo quidem vt ſupra dixi actum optime eſt. mecum au-
tem incommodius. quem fuit ęquius vt prius introieram in
vitam ſic prius exire de vita. Sed tamen recordatione noſtrę
amicicię ſic fruor: vt beatę vixiſſe videar. quia cum Scipione
vixerim quo cum mihi coniuncta cura de republica fuit. ꝛ de
priuata fuit quo cum domus fuit. ꝛ militia communis. et id
in quo eſt omnis vis amicicię voluntatum. ſtudiorum. ſenten
tiarum. ſumma conſenſio. Ita quoqꝫ non tam iſta me ſapien-
tię quã modo Fannius commemorauit fama delectat. falſa p̄
ſertim q̄ quod amicicię noſtrę memoriam ſpero ſempiternam
fore. Idqꝫ mihi eo magis eſt cordi ꝙ ex omnibꝫ ſeculis vix tria
aut quattuor noiantur paria amicorũ. quo in genere ſpectare
videor Scipionis aiciciã ꝛ Lelij notã poſteritati fore. FAN
NIUS Iſtō quidẽ Lelij ita neceẽ Sꝫ qm̃ aicicię mẽtionẽ
feciſti. ꝛ ſumꝰ ocioſi. ꝑgratũ mihi feceris Sꝑo itẽ ſceuolę ſi quẽ
admodũ ſoles de cęter[illegible] rebꝫ cũ ex te q̃rũt. ſit de aicicia diſputa

ris quid ſentias. qualem exiſtimes. que pręcepta des.
SCEVOLA ¶ Mihi vero erit gratū atqꝫ id ipſum cum
tecū agere conarer Fannius anteuertit. Quam ob rem vtriqꝫ
noſtrum gratum ad modū feceris. LELIUS. ¶ Ego ve
ro nō grauarer. ſi ipſe mihi cōfiderem. Nam ⁊ pclara viſa res
eſt. ⁊ ſumus vt dixit Fannius ocioſi. Sed q̄s ego ſum. aut q̄
in me eſt facultas. doctorū eſt iſta cōſuetudo. eaqꝫ grecoꝝ vt iis
pꝛeponat̄ de quo diſputēt quāuis ſubito Magnū opus ē. eget
qꝫ exercitatōe nō parua. Quāobꝛem que diſputari de amici-
cia poſſunt ab eis cenſeo petatis qui iſta ꝓfitent̄. Ego vos hoꝛ
tari tantū poſſum: vt amiciciā omnibꝰ rebus humanis āp̄o
natis. Nihil eſt em̄ tam nature aptū. tam conueniēs ad res vl̄
ſecundas. vel aduerſas. Sed hoc p̄mum ſentio. niſi in bonis
amiciciam eſſe nō poſſe. Neqꝫ id ad vnum reſeco: vt illi q̄ hec
ſubtilius diſſerūt foꝛtaſſe vere. ſed ad cōmunem vtilitatē paꝝ.
Negat em̄ quenqꝫ virū bonū eſſe niſi ſapientē. Sit ita ſane.
Sed eam ſapientiam interpꝛetantur. quā adhuc moꝛtalis ne
mo eſt cōſecutus Nos aūt ea que ſunt in vſu. vitaqꝫ cōmuni.
nō ea q̄ fingunt̄ aut optātur ſpectare debemus. Nunqꝫ ego di
cam. C. Fabꝛicium Marcum Curiū. T. Coꝛuncaniū: quos
ſapiētes noſtri maioꝛes iudicabāt. ad iſtoꝝ noꝛmā fuiſſe ſapiē
tes. Quare ſibi habeāt ſapiētie nomen. ⁊ inuidioſum ⁊ obſcu
rum. concedantqꝫ vt hi boni viri fuerint. Neqꝫ id quidem faci
ent. Negabūt id niſi ſapienti poſſe cōcedi. Agamus igit̄ pin-
gui Minerua vt aiunt q̄ ita ſe gerunt. ita viuūt: vt eoꝛum pꝛo
betur fides. Integritas. equalitas. liberalitas. Nec ſit in eis
vlla cupiditas. vel libido. vel audacia. ſintqꝫ magna conſtan-
tia vt ij fuerunt quos modo nomīaui. hos viros bonos vt ha

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

biti ſunt. ſic etiam appellandos eſſe putemus qui aſſequuntur
quantum homines poſſunt. naturam optimam recte viuendi
ducem. ſic em̄ bene perſpicere videor. ita natos eſſe nos: vt in-
ter omnes eſſet ſocietas quędam. Maior autem: vt quiſquis
proxime accederet. Itaq; ciues potiores ſunt q̄ peregrini ⁊ p
pinqui quã alieni. cum his em̄ amiciciam natura ipſa pepe-
rit. Sed ea non ſatis habet firmitatis Namq; hoc pręſtat ami
cicia propinquitati. q ex propinquitate beneuolentia tolli po
teſt. ex amicicia autem non poteſt. Sublata em̄ beneuolentia
amicicię nomen tollitur. propinquitatis manet. Quanta au-
tem vis amicicię ſit. ex hoc intelligi maximę poteſt. q ex infini-
tate ſocietatis generis humani quõ conciliauit ipa natura ita
contracta res eſt. ⁊ adducta in anguſtum vt omnis charitas.
aut inter duos. aut inter paucos iungeretur. Eſt autem amici
cia nihil aliud niſi omnium diuinarum humanarumq; rerum
cum beneuolentia ⁊ charitate ſumma conſenſio. Qua quidem
haud ſcio an excępta ſapientia quicq̄ melius homini ſit a diis
immortalibus datum. Diuitias alii pręponunt. Bonam alii
valitudinem. alii potentiam. alii honores. Multi etiam volu
ptates. Beluarum hoc quidem extremum eſt. Illa autem ſu-
periora ſunt caduca ⁊ incerta. poſita non tam in noſtris conſi-
liis quã in fortunę temeritate. Qui autem in virtute ſummum
bonum ponunt. pręclare illi quidem Sed hęc ipſa virtus ami
ciciam gignit ⁊ continet. Nec ſine virtute amicicia eſſe vllo
pacto poteſt. Iam virtutem ex conſuetudine vitę ſermoniſq;
noſtri interprętemur. Nec metiamur eam vt quidam indocti
verborum magnificentia. viroſq; bonos eos qui habentur
numeremus. Paulos. Catones. Caios. Scipiones. Phi-

los. his communis vita contenta eſt. Eos autem omittamus
qui omnino nuſquã reperiuntur. Tales igitur inter viros a-
micicia tantas oportunitates habet. quantas vix queo dicere
principio quę poteſt eſſe vita vitalis: vt ait Ennius. qui non
in amici mutua beneuolentia conquieſcat Quid dulcius quã
habere quo cum omnia audeas ſic loqui vt tecum Quis eſſet
tantus fructus in proſperis rebus niſi haberes qui illis ęque
ac tu ipſe gauderet. Aduerſas vero res ferre difficile eſſet ſine
eo. qui illas grauius etiam quam tu ferret. Deinde cętere res
quę expetuntur opportune ſunt. ſingulę rebus fere ſingulis. di
uitię. vt vtare. opes: vt colare. honores: vt laudere Volupta-
tes: vt gaudeas Valetudo: vt dolore careas. et muneribus
fungare corporis. Amicicia plurimas res continet. quo quo
te verteris pręſto eſt. nullo loco excluditur. Nunquam intem-
peſtiua. Nunquam moleſta eſt. Itaque non aqua. non igni. non
aere: vt aiunt. Pluribus locis vtimur quã amicicia. Neque
ego nunc de vulgari. aut de mediocri. ęque tamen ipſa de-
lectat et prodeſt. Sed de vera et perfecta loquor. Qualis
eorum. qui pauci nominantur fuit. Nam et ſecundas res
ſplendidiores facit amicicia. et aduerſas partiens commu-
nicanſque leuiores. Cumque plurimas et maximas commo-
ditates amicicia contineat. Tum illa nimirum pręſtat om-
nibus q̃ bona ſpe pręlucet in poſterum. Nec debilitari a-
nimos aut cadere patitur. Verum etiam iam amicum qui
intuetur. tanquam exemplar aliquod intuetur ſui.
Quo circa et abſentes adſunt. et egentes abundant. et im-
becilli valent. et quod difficilius dictum eſt. mortui autem
viuunt. Tantus enim eos honos memoria. et deſideri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

um perſequitur amicorum. ex quo illorum mors beata videt᷑
quorum vita laudabilis. Quod ſi exemeris ex rerum natura
beneuolentię coniunctionem. nec domus vlla. nec vrbs ſtare
poterit. nec agri quidem cultus permanebit. Id ſi minus qui
dem intelligitur quanta vis amicicię concordięq; ſit. ex diſſen
ſionibus atq; diſcordijs percipi poteſt. Quę em̄ domus tam
ſtabilis. quę tam firma eſt ciuitas. quę nō odijs τ diſſidijs fun
ditus poſſit euerti. Ex quo quantum ſit boni in amicicia iud
cari poteſt. Agrigentinum quidem doctum quendam virum
carminibus vaticinatum grecis ferunt. quę in rerum natura
totoq; mundo conſtarent queq; mouerentur ea cōtrahere ami
ciciam diſſipare diſcordiam. atq; hoc quidē omnes mortales
et intelligunt τ reprobant. Itaq; ſi quando aliquod officium
extitit amici in periculis. aut [illegible]eūdi[illegible]s. aut cōmunicādis. quis
eſt qui id non efferat magnis laudibus. Qui clamores tota ca
uea nuper in hoſpitis atq; amici mei. M. pacuum fuerunt no
ua fabula cum ignorante rege vter eoꝝ eſſet oreſtes. pilades aūt
oreſtem ſe ēſſe diceret: vt pro illo necaretur. oreſtes autem ita
vt erat oreſtem ſe eſſe perſeueraret. ſtantes plaudebant mani-
bus in re ficta. Quid arbitramur in vera fuiſſe facturos? Faci
le indicabat ipſa natura vim ſuam cum homines quod facere
ipſi non poſſent id recte fieri in altero iudicarent. Hactenus
mihi videor de amicicia q̄d ſentirem potiſſime dixiſſe. ſi qua p̄
terea ſunt. credo autem eſſe multa ab ijs ſi videbitur qui iſta
diſputant querito te. FANNIUS. Nos aūt a te potiꝰ
q̄ꝫq̄ꝫ etiam ab iſtis ſepe q̄ſiui τ audiui nō inuitus equidē. Sed
aliud q̄ddaꝫ expetimus filū orationis tuę. SCEUOLA.
Tu magis id diceres fanni. ſi nuper in hortis Scipionis cū

eſt de rep. diſputatum affuiſſes. qualis tum patronus iuſticię fuit contra accuratam orationem Phili. FANNIUS. Facile id quidem fuit iuſticiam iuſtiſſimo viro defendere. SCEUOLA. ¶ Quid amiciciam nonne facile ei erit. q̄ ob eam ſumma fide. conſtantia. iuſticiaq̧ ſeruatam maximã ceperit gloriam. LELIUS. ¶ Uim hoc quidem eſt affer re. Quid em̄ refert. qua meratione cogatis? Cogitis certe. ſtu diis em̄ generorum preſertim in rebona dum difficile eſt: tum ne equum quidem obſiſtere. Sepiſſime igitur mihi de amici cia cogitanti maxime illud conſiderandum videri: ſolet. num propter imbecillitatem atq̧ inopiam deſideranda ſit amicicia vt in dandis recipiēdiſq̧ meritis quo quiſq̧ minus pe ſe poſ ſet. id acciperet ab alio viciſſimq̧ redderet. an eſſet hoc quidẽ proprium amicicię ſed antiquior ⁊ pulchrior. ⁊ magis a natu ra ipſa profecta alia cauſa eſſet. Amor em̄ eſt ex quo amicicia eſt nominata princeps eſt ad beneuolentiam coniungendam. Nam vtilitates quidem etiam ab iis percipiuntur ſepe. qui ſi mulatione amicicię coluntur ⁊ obſeruantur cauſa temporis. In amicicia autem nihil fictum. nihil ſimulatum. ⁊ quicquid eſt: idem verum ⁊ voluntarium eſt. Quapropter a natura mi hi videtur potius q̄ ab imbecillitate orta amicicia. Et appli catione magis animi cum quodam ſenſu amandi. quã cogita tione quantum illa res vtilitatis eſſet habitura. Quod quidē quale ſit etiam in beſtiis quibuſdam animaduerti poteſt quę ex ſe natos ita amant ad quoddam tempus. ⁊ ab eis ita aman tur: vt facile eorum appareat ſenſus. quod in homīe multo eſt euidentius. Primum ex ea charitate quę eſt inter natos ⁊ pa rentes. quę dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt. Deinde cū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

ſimilis ſenſus extitit amoris ſi aliquem nacti ſumus. cuius cū
moribus ⁊ natura congruamus. quod in eo quaſi lumen ali-
quod probitatis ⁊ virtutis perſpicere videamur. Nihil eſt e-
nim amabilius virtute. nihil quod magis alliciat homines ad
diligendum. quippe cum propter virtutem ⁊ probitatem eos
etiam quos nūꝗ̄ vidimus. quodam modo diligamus. Quis
eſt enim qui. C. fabricij. M. Curij non cum charitate aliqua
et beneuolentia memoriam vſurpet quos nūꝗ̄ viderit. Quis
autem eſt qui Tarquinum ſuperbum qui. P. Caſſum. Sp.
Melium non oderit. Cum duobus ducibus de imperio ē in
italia decertatum Pyrrho ⁊ Hannibale. ab altero propter
probitatem eius non alienos animos habemus. alterum pro
pter crudelitatem ſemper hęc ciuitas oderit. Quod ſi tāta vis
probitatis eſt vt eam vel in eis quos nunꝗ̄ vidimus. vl' quod
magis eſt in hoſte etiam diligamus. quid mirum eſt ſi animi
hominum moueātur. cum eorum quibus cum vſu coniuncti
eſſe poſſunt ꝟtutem ⁊ bonitatem ꝑſpicere videantur. ꝗ̄ꝗ̄ con
firmatur amor. ⁊ beneficio accepto ⁊ ſtudio perſpecto. ⁊ cōſue
tudine cōiuncta. Quibus rebus ad illum primum motuꝫ ani
mi ⁊ amoris adhibitis mirabilis quedam exardeſcit beneuo
lentię magnitudo. quā ſi qui putant ab imbecillitate proficiſci
vt ſit amicicia ea per quam aſſequatur quod quiſꝗ deſideret.
humilem ſanę relinquuut ⁊ minime glorioſum vt ita dicam or
tum amicicię quā ex inopia atꝗ indigentia natā volunt. Qđ ſi
ita eſſet: vt quiſꝗ valetudinis minimū eſſe in ſe arbitraretur
ita ad amiciciam eſſet aptiſſimus: quod lōge ſecus eſt: vt enī.
plurimum ſibi q̄ſꝗ cōfidit. ⁊ vt quiſqꝫ maxime ꝟtute ⁊ ſapien
tia ſit munitus ē: vt nullo egeat. ſuaqꝫ omnia in ſeipſo poſita

iudicet.ita in amiciciȷ̃s expetendis colendiſqꝫ maxime excellit
Quid em̄ erat Africanus indigens mei. Minime Hercule.
At ne ego quidem illius.ſed ego admiratione quadam virtu
tis eius.ille viciſſim opinione fortaſſe nōnulla quam de meis
moribꝫ habebat me dilexit.auxit beneuolentiam conſuetudo.
ſed q̄q̄ vtilitates multe ꝛ magne conſecute ſunt.non ſunt ta//
men ab earum ſpe cauſe diligendi profecte: Ut em̄ benefici li//
beraleſqꝫ ſumus.nō vt exigamus gratiam.neqꝫ em̄ beneficiū
feneramur.ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus.ſic a//
miciciam.non ſpe mercedis adducti.ſed ꝙ omnis eius fructꝰ
in ipſo amore ineſt expetendam putamus. Ab ȷ̃s qui pecudū
ritu ad voluptatem omnia referunt longe diſſentimus. Nec
mirū. Nihil em̄ altū.nihil magnificum ac diuinum ſuſcipere
poſſunt.qui omnes ſuas cogitationes abiecerūt in rem tā hu//
milē tanq̄ꝫ cōtemptā. Quā ob rem hos quidem ob hoc ſermōe
remoueamus. Ipſi autē intelligamus a natura gigni ſenſum
diligēdi ꝛ beneuolētie charitatē f̄cā ſignificatiōe ꝓbitatis.quā
qui appetiuerūt applicant ſeſe.ꝛ ꝓpius admouent: vt ꝛ vſu eiꝰ
quē diligere ceperūt fruant̄ ꝛ moribꝫ. Sintqꝫ pares in amore
et equales,ꝓpenſioreſqꝫ ad bene merendū quā ad repoſcendū
Atqꝫ hec inter eos ſit honeſta cōcertatio. Sic ꝛ vtilitates ex a
micicia maxime capientur.ꝛ erit eius ortus a natura.q̄ ab im
becillitate grauior ꝛ verior. Nā ſi vtilitas amicicias cōgluti//
naret.eadē cōmutata diſſolueret. Sed qꝛ natura mutari non
poteſt.idcirco vere amicicie ſempiterne ſunt. Ortū q̄dē amicicie
videtis.niſi quid adhuc forte vultis. SCEUOLA. Tu
vero ꝑge Leli.ꝓ hoc em̄ q̄ mīor ē natu meo iure r̄ndeo FAN
NIUS Recte tu quidē quā ob rē audiam? LELIUS

Audite vero optimi viri ea quę ſepiſſime inter me ⁊ Scipionem de amicicia diſſerebantur Quanq̄ ille quidem nihil difficilius eſſe dicebat. quam amiciciam vſqȝ ad extremum vitę diem permanere. Nam vel vt non idem expediret vtriqȝ incidere ſępe. vel vt de republica non idem ſentirent. Mutari etiā mores hominum ſępe dicebat. alias aduerſis rebus. alias ętate ingraueſcente. atqȝ earum rerum exemplum ex ſimilitudine capiebat ineuntis ętatis. ꝙ ſummi puerorum amores ſępe vna cum prętexta ⁊ toga deponerentur Si autem ad adoleſcētiam perduxiſſent. dirimi tamen interdum contentione. vel luxurię conditionis. vel commodi alicuius. quod idem adipiſci vterqȝ non poſſet. Quod ſi qui longius in amicicia prouecti eſſent. tamen ſępe labefactari ſi in honoris contentionem inci diſſent Peſtem eñ maiorem eſſe nullam in amiciciis. quā in plęriſqȝ pecunię cupiditatem. In optimis quibuſqȝ honoris certamen ⁊ glorię. Ex quo inimicicias maximas ſępe inter amiciſſimos extitiſſe. Magna etiā diſſidia. ⁊ plęrumqȝ iuſta naſci. cum aliquid ab amicis quod rectum non eſſet poſtularetur: vt aut libidinis miniſtri. aut adiutoris eſſent ad iniuriam Quod qui recuſarent quāuis honeſte id facerent. ius tamen amicicię deſerere arguerentur ab iis quibus obſequi nollent.

Illos autem qui quiduis ab amico auderent poſtulare poſtulatione ipſa profiteri omnia ſe amici cauſa eſſe facturos. Eorū querela inueterata non modo familiaritates extingui ſolere. ſed etiam odia gigni maxima atqȝ ſempiterna. Hęc itaqȝ multa quaſi fata impendere amiciciis: vt omnia ſubterfugere. nō modo ſapientię. ſed etiam fęlicitatis diceret ſibi videri. Quam ob rem id primuȝ videamus ſi placet. quatenus amor in ami

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

ēcia progredi debeat Num ſi Coriolanus habuit amicos fer
re contra patriam arma illi cum Coriolano debuere. Num
becillimum amici regnum appetentem. Num Sp. Melium
iuuare debuerunt. Tiberium quidem Gracchum rempubli-
cam vexantem. a Qu. Tuberone. equalibuſqꝫ amicis dereli-
ctum videbamus. At. C. Bloſſius Cumanus hoſpes fami-
lie noſtre Sceuola cum ad me qui aderam cum Lenate ⁊ Ru
tilio conſulibus in concilio deprecatum veniſſet. hanc vt ſibi
ignoſcerem cauſam aſſerebat. ꝙ tanti Ti. Gracchum feciſſet.
vt quicquid ille vellet ſibi faciendum putaret. Tum ego etiaꝫ
ne inquā ſi te in capitolium faces ferre vellet. nunꝙ̃ inquit vo
luiſſet id quidem. Sed ſi voluiſſet ꝑ aruiſſem Videtis quam
nefaria vox. ⁊ Hercule ita fecit. vel plus etiam ꝙ̃ dixit. Non
enim paruit ille Tiberij Gracchi temeritati. ſed etiam prefu-
it. Nec ſe comitem illius furoris. ſed ducem prebuit. Itaqꝫ
hac amentia queſtione noua perterritus. in Aſiam profugit.
ad hoſtes ſe contulit. penas reipublice. graues iuſtaſqꝫ perſol-
uit. Nulla eſt igitur excuſatio peccati ſi amici cauſa peccaue-
ris. Nam cum conciliatrix amicicie virtutis opinio fuerit. dif
ficile eſt amiciciam manere. ſi a virtute defeceris. Quod ſi re-
ctum ſtatuerimus. vel concedere amicis quicquid velint. vel
impetrare ab amicis quicquid velimus. perfecta quidem ſa-
pientia ſumus. ſi nihil habeat res vitij. Sed loquimur de ijs
amicis qui ante oculos ſunt quos videmus. aut de quibus
memoriam accepimus aut quos nouit vita communis. Ex
hoc numero nobis exempla ſumenda ſunt. ⁊ eorum quidem
maxime qui ad ſapientiam proxime accedūt. Vidimus Pau
lum Emylium. C. Luſcinio familiarem fuiſſe (ſic a patribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

accepimus)bis vna conſules ꝛ collegas in cenſura. Tum eti am cum ijs ꝛ inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe. Marcum Curi um ꝛ Ti. Corumcanium memorię traditum eſt. Igitur ne ſu ſpicari quidem poſſumus. quenq̄ horum ab amico quippiã contendiſſe. quod contra fidem. contra iuſiurandum. contra rē publicam eſſet. Nam hęc quidem in talibus viris quid atti net dicere. ſi contendiſſent. ſcio impetraturum nō fuiſſe. Cū illi ſanctiſſimi viri fuerint. Eque autem nefas ſit. tale aliquid ꝛ fa cere rogatum. ꝛ rogare. At vero Ti. Gracchum ſequebantur. C. Carbo. C. Cato. ꝛ minime tunc quidem. C. frater. nūc idē accerrimus inimicus.

H Ec igitur prima lex in amicicia ſanciatur: vt neq̄ ro gemus res turpes. nec faciamus rogati. Turpis em̄ ex cuſatio eſt ꝛ minime accipienda. tum in ceteris peccatis. tum ſi quis contra rempublicam ſe amici cauſa feciſſe fateat. Etem eo loco Fannij ꝛ Sceuolę locati ſumus: vt nos longe proſpi cere oporteat futuros caſus reipublicę. deflexit em̄ iam aliqn tulū de ſpacio curriculoq̄ conſuetudo maiorū. Ti. Gracchus regnum occupare conatus eſt. vel regnauit ijs quidē paucos menſes. Nunquid ſimile populus romanus audierat. aut vi derat. hūc etiã poſt mortem ſecuti amici ꝛ propinqui. Quid in P. Scipionem Naſicam effecerint. ſine lachrymis nō queo dicere. Nam carbonem quoq̄ modo potuimus propter recē tem pęnam. Ti. Gracchi ſuſtinuimus. de. C. Gracchi autem tribunatu quid expectem. non libet augurari. Serpit em̄ de inde res. quę procliuis ad perniciem cum ſemel cępit labitur. videtis in tabella iã añ quãta ſit facta labes. Primo gabinia lege. biennio aūt poſt caſſia. Videre iã video ppl'm romanum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

a ſenatu diſiunctum multitudiniſq; arbitrio res maximas agi
Plures em̄ diſcent quēadmodum hec fiant. quā quēadmodū
his reſiſtatur. Quorſum hec: quia ſine socijs nemo quicq; tale
conatur. Precipiendum eſt igitur bonis: vt ſi in huiõi amicici
as ignari caſu aliquo inciderint. ne exiſtiment ita ſe alligatos:
vt ab amicis in magna re aliqua in republica peccantib9 non
diſcedāt Improbis aūt pena ſtatuenda eſt. nec minor vero ijs
qui ſecuti erunt alterꝝ ꝙ ijs qui ipſi fuerint impietatis duces
Quis clarior in grecia Temiſtocle: ꝗs potentior: qui cū impa
tor bello ꝑſico ſeruitute greciā liberaſſet. ꝓpter ꝙ inuidiam in
exilium miſſus eſſet. ingrate patrie inuidiā non tulit. quā ferre
debuit Fecit idem qđ viginti annis ante apud nos fecerat Co
riolanus. his adiutor cōtra patriā inuent9 ē nemo. Itaq; mor
tem ſibi vterq; cōſciuit. Quare talis improborꝝ cōſenſio. non
mō excuſatōe amicicie tegēda nō eſt. ſed potius om̄i ſupplicio
vindicāda eſt: vt ne quis cōceſſum putet amicū bellū patrie in
ferentē ſequi. Quod quidem vt res cepit ire. haud ſcio. an ali
quādo futurū ſit. Mihi aūt non minori cure eſt. qualis reſpu.
Poſt mortē meā futura ſit. quā qualis hodie ſit.

h Ec igiť prima lex amicicie ſanciať: vt ab amicis honeſte
petamus. amicorꝝ cauſa honeſta faciamus. neq; expecte
mus quidē dū rogemur. ſed ſtudiū ſemꝑ adſit. cōtatio abſit. cō
ſiliū ꝟo dare gaudeam9 libere. plurimū in amicicia amicorꝝ be
ne ſuadentiū valeat auctoritas. Eaq; adhibeať ad mouēdum
nō mō apte. ſʒ etiā acriter ſi res poſtulabit. ⁊ auctoritati adhi
bete pateat Nā qbuſdā ꝗs audio ſapiētes fuiſſe habitos in gre
cia placuiſſe opior mirabilia ꝙdā Sʒ nihil ē qđ illi nō ꝑſeqn̄ť
ſuis argutijs. ꝑti fugiēdas eē nimias amicicias vt ne necc̄ ſit vnū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

ſollicitum eſſe pro pluribus. ſatis ſuperq; eſſe ſibi ſuarum cui
q; rerum curã. Alienis nimis implicari moleſtũ eſſe quã com
modiſſimum eſſe laxiſſimas habenas habere amicicię. quas
vel adducas cum velis. vel remittas. Caput enim eſſe ad bea-
tę viuendum ſecuritatem. quę frui non poſſit animus. ſi tanq̃
parturiat vnus pro pluribus. Alios autem dicere aiunt. etiã
multo inhumanius. quem locum breuiter pręſtrinxi paulo an
te. pręſidij adiumentiq; cauſa non beneuolentię neq; charita-
tis amicicias eſſe expetendas Itaq; vt quiſq; minimum firmi
tatis habeat. minimumq; virium. ita amicicias appetere maxi
me. Ex eo fieri vt mulierculę magis amiciciarum pręſidia que
rant. q̃ viri ⁊ inopes. q̃ opulenti ⁊ calamitoſi. q̃ hi qui putan
tur beati. O pręclaram ſapientiam. ſolem enim e mundo tolle
re videntur. qui amiciciam e vita tollunt. Qua a dijs immor
talibus nihil melius habem⁹. nihil iocundi⁹ Quę eſt enĩ iſta
ſecuritas. ſpecie quidẽ blanda. ſed re ipſa a ſe multis locis re-
pudianda. Neq; enim eſt conſentaneum. vllam honeſtã rem
actionemue. ne ſollicitus ſis. aut non ſuſcipe. aut ſuſceptã de-
ponere. Quod ſi curam fugimus. virtus fugienda eſt quę ne-
ceſſe eſt: vt cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur. at-
q; oderit: vt bonitas maliciã. temperantia libidinem. ignauiã
fortitudo. Itaq; videas rebus iniuſtis iuſtos maxime dolere.
imbecillibus fortes. flagitioſis modeſtos. Ergo hoc propriũ
eſt animi bene conſtituti. ⁊ lętari bonis rebus. ⁊ dolere contra
rijs. Quamobrem ſi cadit in ſapientem animi dolor. qui pro-
fecto cadit. niſi ex eius animo extirpatam humanitatem arbi-
tremur. quę cauſa eſt: vt amiciciam funditus tollamus e vita.
ne aliquas propter eam ſuſcipiamus moleſtias. Quid enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

intereſt.motu animi ſublato.non dico inter pecudem ⁊ homi-
nem.ſed inter hoiem ⁊ ſaxum aut truncum.aut quid vis gene
ris eiuſdem. Neq̧ eñ ſunt iſti audiendi qui virtutem duram
et quaſi ferream eſſe quandam volunt. Que quidem eſt tum
multis in rebus.tum in amicicia tenera atq̧ tractabilis: vt ex
bonis amici quaſi diffundantur.⁊ incōmodis contrahantur.
Quā ob rem angor iſte qui pro amico ſepe capiendus eſt non
tantum valet: vt tollat e vita amiciciam.non plus quā vt vir-
tutes.que nonnullas curas ⁊ moleſtia afferunt repudientur.
Cum autem contrahat virtus amiciciā: vt ſupra dixi.ſi qua
ſignificatio virtutis eluceat.ad quā ſe ſimilis animus applicet
et adiungat.id cū cōtingit.amor ibi exoriatur neceſſe ē. Quid
eñ tam abſurdum quā delectari multis inanibus rebus: vt
honore: vt gloria: vt edificio: vt veſtitu.cultuq̧ corporis. Ani
mo autem virtute p̄dito eo qui vel amare.vel vt ita dicam re-
damare poſſit nō admodum delectari. Nihil eſt eñ remune-
ratione beneuolentie.nihil viciſſitudine ſtudiorum.officiorū-
q̧ iucundius. Quod ſi etiam illud addimus quod recte addi
poteſt.nihil eſt quod ad ſe rē vllam tam alliciat.⁊ tā attrahat
q̄ ad amiciciam ſimilitudo. Conceditur profecto eſſe verum:
vt bonos boni diligant.aſciſcantq̧ ſibi quaſi ꝓpinquitate con
iunctos atq̧ natura.nihil eſt eñ appetentius ſimilium ſui.ni-
hil rapacius q̄ natura. Quāobrem hec quidē Fanni ⁊ Sce-
uola conſtant vt opinor bonis.inter bonos quaſi neceſſariam
beneuolentiam eſſe que eſt amicicie fons a natura conſtitutus
Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Non
eſt eñ inhumana virtus.neq̧ immunis.neq̧ ſuperba. Que e-
tiam populos vniuerſos tueri.eiſq̧ optimis conſulere ſoleat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

quod non faceret profecto. ſi a charitate vulgi abhorreret. At
qꝫ etiam mihi quidem videntur. qui vtilitatis cauſa fingunt
amicicias. amabiliſſimum nodum amicicię tollere. non enim
tam vtilitas parta per amicum quam amici amor ipſe delec-
tat. Tumqꝫ illud fit quod ab amico eſt profectum iucundum
ſi cum ſtudio eſt profectum. tantumqꝫ abeſt: vt amicicię prop
ter indigentiam colantur: vt hi qui opibus ⁊ copijs. maxime-
qꝫ virtute prediti in qua plurimum eſt pręſidij minime alteri-
us indigeant liberaliſſimi ſint. ⁊ beneficentiſſimi. atqꝫ haud
ſcio an ne opus ſit quidem. nihil vnq̄ omnino deeſſe amicis'
Ubi enim ſtudia noſtra viguiſſent. ſi nunq̄ ſtudio. nunq̄ con
ſilio. nunq̄ opera noſtra. nec domi. nec militię Scipio eguiſſet
Non igitur vtilitatem amicicia. ſed vtilitas amiciciam conſe-
cuta eſt. Non ergo erunt homines diuitijs affluentes audien-
di. ſi quando de amicicia quam nec vſu. nec ratione habent co
gnitam duputabunt. Nam quis eſt. proh deum fidem atqꝫ
hominum. qui velit: vt neqꝫ diligat quenquam. nec ipſe ab vl
lo diligatur. circumfluere omnibus copijs atqꝫ in omnium re
rum abundantia viuere. Hęc enim eſt tyrannorum vita. nimi
rum in qua nulla fides. nulla charitas. nulla ſtabilis beneuo-
lentię poteſt eſſe fiducia. omnia ſemper ſuſpecta atqꝫ ſollicita
ſunt. nullus locus eſt amicicię. Quis enim aut illum diligat
quem metuit. aut eum a quo ſe metui putet. Coluntur tamen
ſimulatione amicicię duntaxa t ad tempus. ꝙ ſi forte vt fit plę
rumqꝫ ceciderint tum intelligitur quum fuerint inopes ami-
corum. Quod Tarquinium dixiſſe ferunt. tum cum exul eſſet
e intellexiſſe quos fidos amicos habuiſſet quoſqꝫ infidos. cū
iam neutris gratiam referre poſſet. Quanq̄ miror in illa ſu-

perbia ⁊ importunitate. ſed quencq̄ habere potuit Atqꝫ vt hu-
iusquem dixi mores veros amicos parare non potuere. ſic
multorum opes excludunt prępotentium amicicias fideles.
Non enim ſolum ipſa fortuna cęca eſt. ſed eos etiam plerum-
qꝫ efficit cęcos quos complexa eſt. Itaqꝫ illi efferuntur fere fa-
ſtidio ⁊ contumantia. neqꝫ quicq̄ inſipiente fortunato intole-
rabilius fieri poteſt. Atqꝫ hoc quidem videre licet: eos qui an-
tea commodis fuerunt moribus imperio. poteſtate. proſpe-
ris rebus immutari. ſperniqꝫ ab his veteres amicicias ⁊ in-
dulgeri nouis. Quid autem ſtultius quam vt plurimum co-
pijs. facultatibus opibus poſſint cętera parare quę parantur
pecuniam. equos. famulos. veſtes. gloriam. vaſa pręcioſa. ami-
cos non parare optimam ⁊ pulcherrimam vitę: vt ita dicam:
ſupellectilem. Etenim cętera cum parantur. cui parent neſci-
unt. nec cuius cauſa laborent. Eius enim eſt iſtorum quodqꝫ
qui vincit viribus Amiciciarum ſua cuiqꝫ permanet ſtabilis
et certa poſſeſſio: vt etiam ſi illa maneant quę ſunt quaſi do-
na fortunę. tamen vita inculta et deſerta ab amicis non poſſit
eſſe iucunda. ſed hęc hactenus. Conſtituendi autem ſunt qui
ſunt in amicicia fines. et quaſi termini diligendi. De quibus
tres video ſententias ferri. quarum nullam probo. vnam: vt
eodem modo erga amicum affecti ſimus. quo erga noſmetip-
ſos. Alteram vt noſtra in amicos beneuolentia illorum er-
ga nos beneuolentię pariter ęqualiterqꝫ reſpondeat.
Terciam vt quanti quiſqꝫ ſeipſum facit. tanti fiat ab amicis.
Harum trium ſententiarum nulli prorſus aſſentior. nec em̄ il-
la p̄ma vera eſt: vt quēadmodū in ſe q̄ſqꝫ ſic in amico ſit ani-
matus. Quam multa enim quę noſtra cauſa nunquaꝫ facere

mus.facimus cauſa amicoꝛum. Tum pꝛęcari ab indigno ſup plicium. Tum acerbius in aliquem inuehi.inſectariꝗ vehe- mentius.quę in noſtris rebus non ſatis honeſte in amicoꝛum fiunt honeſtiſſimę. Multę res ſunt in quibus de ſuis commo dis viri boni multa detrahunt.detrahiꝗ patiũtur: vt ijs ami ci potius quã ipſi fruantur. Altera ſententia eſt.quę definit a- miciciam paribus offfcijs ac voluntatibus. Hoc quidem eſt nimis exigue ⁊ exiliter ad calculos vocare amiciciam: vt par ſit ratio acceptoꝛum ⁊ datoꝛum. Ditioꝛ mihi ⁊ affluentioꝛ vi detur eſſe vera amicicia nec obſeruare reſtricte.ne plus reddat quã acceperit Neꝗ enim verendum eſt ne quid excidat aut ne quid in terram defluat.aut ne plus equo quid in amicicia con geratur. Tercius vero ille finis deterrimus: vt quanti quiſꝗ ſe ipſe faciat.tanti fiat ob amicis. Sępe enim in quibuſdam aut animus abiectioꝛ eſt aut ſpes amplificande foꝛtunę fracti oꝛ. Non eſt igitur amici talem eſſe in eum qualis ille in ſe eſt. Sed potius debet eniti.⁊ efficere: vt amici iacentem animuз excitet. Inducatꝗ in ſpem cogitationemꝗ melioꝛem. Alius igitur finis vere amicicię conſtituendus eſt.ſi pꝛius quod ma- xime repꝛehendere Scipio ſolitus ſit edixero. Negabat vllaз vocem inimicicioꝛem amicicię potuiſſe reperiri.q̃ eius qui di xiſſet ita amare opoꝛtere.vt ſi aliquando eſſet oſurus.nec vero ſe adduci poſſe: vt hoc quemadmodum putaretur.a Biante eſſe dictum crederet.qui ſapiens habitus eſſet vnus e ſeptem. ſed impuri cuiuſdam aut ambitioſi.aut omnia ad ſuam potẽ- tiam rcuocantis eſſe ſententiam. Quo nam enim mõ quiſquã amicus eſſe poteris.cuius ſe putabit inimicũ eſſe poſſe. Quin etiam neceſſe erit cupere ⁊ optare: vt quam ſepiſſime peccet a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

micus.quo plures det ſibi tanq̄ anſas ad reprehendendum.
rurſum autem recte factis commodiſq; amicorum neceſſe erit
angi.dolere.inuidere. Quare hoc quidem preceptum cuiuſcū
q; eſt.ad tollendam amiciciam valet. Illud potius precipien-
dum fuit: vt eam diligentiam adhiberemus in amicicijs pre-
parandis: vt ne quando amare inciperemus eum quem ali-
quando odiſſe poſſemus. Quin etiam ſi minus felices in dili-
gendo fuiſſemus.ferendum id Scipio quam inimiciciarum
tempus cogitandum putabat. His igitur finibus vtendum
arbitror: vt cum emendati mores amicorum ſint.tum ſit inter
eos omnium rerum conſiliorum ⁊ voluntatum ſine vlla exce-
ptione communitas: vt etiam ſi qua fortuna acciderit vt mi-
nus iuſte amicorum voluntates adiuuande ſint.in quibus eo
rum aut de capite agatur aut fama.declinandū eſt de via.mo
do ne ſumma turpitudo ſequatur.eſt enim quatenus amicicie
dari venia poſſit. Nec vero negligenda eſt fama nec mediocre
telum ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiam ciui
um quam blandicijs ⁊ aſſentationibus colligere turpe eſt. vir
tus quam ſequitur charitas minime repudianda eſt. Sed ſe
pe redeo enim ad Scipionem.cuius omnis ſermo erat de a-
micicia.querebatur quod in omnibus rebus homines diligē
tiores eſſent: vt capras ⁊ oues quot quiſq; haberet dicere poſ
ſet: amicos quot haberet dicere non poſſet. ⁊ in illis quidē pa
randis curam adhibere.in amicis eligendis negligentes eſſe.
nec habere q̄ſi ſigna quedā ⁊ notas.qb9 eos q̄ ad amiciciā eēnt
idonei iudicarēt. Sunt igitur firmi ⁊ ſtabiles ⁊ cōſtātes eligē
di.cuius generis eſt magna penuria. ⁊ iudicare difficile ē. ſane
niſi expertum. Experiendum aūt eſt in ipſa amicicia. ita pre-

currit amicicia iudicium. tollitq; experiendi poteſtatem. Eſt igitur prudentia ſuſtinere: vt curſum ſic impetum beneuolen cię quo vtamur quaſi aquis tempeſtatis. ſic amicicijs. aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Quidam ſepe in par- ua pecunia perſpiciuntur quam ſint leues. Quidam autem quos parua mouere non potuit cognoſcuntur in magna. Si vero erunt aliqui reperti qui pecuniam pręferre amicicię ſordi dum exiſtiment. vbi eos inueniemus qui honores magiſtra- tus imperia poteſtates opera amicicię non anteponant: vt cũ ex altera parte propoſita hęc ſint. ex altera vis amicicię. nõ mul to illa malint. Imbecilla enim humana natura eſt ad contem nendam potentiam. quam etiam ſi neglecta amicicia conſecu ti ſunt. excuſatum iri arbitrantur. quia non ſine magna cauſa ſit neglecta amicicia. Itaq; verę amicicię difficillime reperiun tur in ijs qui in honoribus req; publica verſantur. Ubi enĩ iſtum inuenias qui honorem amici anteponat ſuo? Quid. hęc vt omittam quam graues quam difficiles plęriſq; videntur calamitatum ſocietates. ad quas non eſt facile inuenti: qui de ſcendant. quanquã Ennius recte inquit. Amicus certus in incerta cernitur. tamen hęc duo leuitatis ⁊ infirmitatis plęroſ q; conuincunt. aut ſi in bonis rebus contemnunt amicos. aut ſi in malis deſerunt. Qui igitur vtraq; in re grauem conſtan- tem ſtabilem ſe in amicicia pręſtiterit. hunc ex maxime raro ge nere hominum iudicare debemus. et pęne diuino. Firmamen tum autem ſtabilitatis conſtantięq; eſt eius quam in amici- cia querimus fides. nihil enim ſtabile eſt. quod infidũ eſt. ſim plicem pręterea ⁊ communem ⁊ conſentientem. ⁊ qui rebus ijſdem moueatur eligi par eſt. quę omnia pertinent ad fidelita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

tem.neqȝ enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium ⁊ tortu-
oſum.neqȝ vero qui non ÿſdem rebus mouetur.⁊ natura con
ſentit.fidus aut ſtabilis poteſt eſſe. Addendum eodem eſt: vt
ne criminibus aut inferendis delectetur amicus. aut credat
oblatis.que pertinent omnia ad eam que iam dudum tracto
conſtantiam. Ita fit verum illud quod initio dixi. amiciciam
niſi inter bonos eſſe non poſſe. Eſt enim boni viri. quem eun-
dem ſapientem licet dicere. hec duo tenere in amicicia.primuȝ
ne quid fictum ſit.neue ſimulatum. Aperte enim vel odiſſe ali
um magis ingenuum eſt. q̄ fronte occultare ſententiam. dein
de non ſolum ab aliquo oblatas criminatōnes depellere. ſed
ne ipſum quidem eſſe ſuſpitioſum.ſemper aliquid exiſtiman-
tem ab amico eſſe violatum. Accedat huc ſuauitas quedam o
portet ſermonum atqȝ morum.haud quanq̄ mediocre condi
mentum amicicie. Triſticia autem ⁊ in omni re ſeueritas ab-
ſit.habet illa quidem grauitatem Sed amicicia remiſſior eſſe
debet et liberior ⁊ dulcior.⁊ ad omnem comitatem facilitatem
qȝ procliuior. Exiſtit autem hoc loco quedam queſtio diffici-
lis.num quando amici noui digni amicicia veteribus ſint an
teponendi: vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus. In
digna dubitatio homine.non enim amiciciarum eſſe debet ſi-
cut aliarum rerum ſocietas Veterrima queqȝ: vt ea vina que
vetuſtatem ferunt eſſe debent ſuauiſſima. verũqȝ illud eſt qđ
vulgo dicitur multos modios ſalis ſimul edendos eſſe: vt a-
micicie munus expletum ſit. Nouitates autem ſi ſpem affe-
runt: vt tanq̄ in herbis non fallacibus fructus appareat non
ſunt ille quidem repudiande. Vetuſtas tamē ſuo loco conſer-
uanda eſt. Maxima eſt em̄ vis vetuſtatis ⁊ conſuetudinis At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

qui in ipſo equo cuius modo intentionem feci. ſi nulla res im⸗
pediat. nemo eſt qui nõ eo qui conſueuit libentius vtat̃. ꝗ̃ in
tractato ⁊ nouo. Nec mõ in hoc qđ eſt aĩal. ſed in ijs etiaꝫ que
ſunt inaĩata. conſuetudo valet. cũ locis etiam ipis montuoſis
delectemur ⁊ ſilueſtribꝫ. in quibus diutius cõmorati ſumus.
Sed maximum eſt in amicicia ſuperiorem parem eſſe inferio
ri Sepe em̃ excellentie quedã ſunt. qualis erat Scipionis in
noſtro: vt ita dicam. grege. Nunꝗ̃ ſe illo Philo. nunꝗ̃ Ruti⸗
lio. nunꝗ̃ Mũmio antepoſuit. nunꝗ̃ inferioris ordinis ami⸗
cis. Qu. vero maximũ fratrem egregiũ virũ oĩno ſibi nequaꝗ̃
parem. ꝗ is anteibat etate tanꝗ̃ ſupiorẽ colebat ſuoſq̃ oẽs ꝑ
ſe eſſe poſſe ampliores volebat. Qđ faciendũ mirandũq̃ ẽ om
nibꝫ: vt ſi quã ꝑſtantiã ꝟtutis. ingenij. fortune conſecuti ſunt.
impertiant eã ſuis cõmunicẽtq̃ cũ ꝓximis: vt ſi parẽtibus nati
ſunt humilibꝫ. ſi ꝓpinquos habeant imbecilliores. vel aĩo. vel
fortuna. eorũ augeãt opes eiſq̃ honori ſint ⁊ dignitati: vt in fa
bulis q̃ aliꝗ̃diu propter ignorantiã ſtirpis ⁊ generis in famu
latu fuerit. cũ cogniti ſunt ⁊ aut deoꝝ. aut regum filij inuenti.
retinẽt tamẽ charitatẽ in paſtores quos patres multos ãnos
eſſe dixerant. Qđ q̃dem eſt multo ꝑfecto magis in veris patri
bus certiſq̃ faciendũ. Fructꝰ em̃ ingenij ⁊ ꝟtutis oĩſq̃ ꝑſtãtie
tum maxie capit̃ cũ in proximũ quẽq̃ cõfert̃ Ut igit̃ hi q̃ ſunt
in amicicie cõiunctõiſqꝫ neceſſitudĩe ſupiores ſe eq̃re cũ inferi
oribꝫ debẽt. ſic infeiiores dolere nõ dñt ſe a ſuis amicis. aut in
genio. aut fortũa. aut dignitate ſupari Quoꝝ plerĩqꝫ aut q̃run
tur ſp aliq̃d. aut etiã exprobrãt. Eoqꝫ magis ſi habere ſe putãt
qđ officioſe aut amice ⁊ cũ labore aliquo ſuo factũ queant di⸗
cere Odioſuꝫ ſane genus hominũ officia exprobrantiũ. q̃ me⸗

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

miniſſe debet is in quem collata ſunt non commemorare qui
contulit. Quam ob rem vt hi qui ſuperiores ſunt ſubmittere
ſe debent in amicicia. ſic quodammodo inferiores extollere.
Sunt enim quidam qui moleſtas amicicias faciunt. cum ip
ſi ſe contemni putant. Quod non fere contingit niſi his qui eti
am contemnendos ſe arbitrantur. qui hac opinione non mo/
do verbis. ſed etiam operi leuandi ſunt. Tantum autem cuiqꝫ
tribuendum eſt. primum quantum ipſe efficere poſſis. deinde
etiam quantum ille quem diligas. atqꝫ adiuues poſſit ſuſtine
re. Non enim tu poſſis. quantũuis licet excellas omnes tuos
ad honores ampliſſimos perducere: vt Scipio Rutilium po
tuit conſulem efficere. fratrem eius Lucium non potuit. Qđ
ſi etiam poſſis quiduis deferre ad alterum. videndum eſt ta/
men quid ille poſſit ſuſtinere. Omnino amicicie corroboratis
iam confirmatiſqꝫ ⁊ ingenijs ⁊ etatibus iudicande ſunt. nec ſi
qui ineuute etate venandi aut pile ſtudioſi fuerint eos habere
neceſſarios opotet. quos tum eorum ſtudio preditos dilexe//
runt Iſte enim modo nutrices ⁊ pedagogi iure vetuſtatis plu
rimum beneuolentie poſtulabunt qui negligendi quidem non
ſunt. ſed alio quodammodo colendi. aliter enim amicicie ſtabi
les permanere poſſunt. diſpares enim mores diſparia ſtudia
ſequuntur. quorum diſſimilitudo diſſociat amicicias. nec ob
aliam cauſam vllaꝫ boni improbis. improbi bonis amici eſſe
non poſſunt. niſi ꝙ tanta eſt inter eos quanta maxima poteſt
eſſe morum ſtudiorumqꝫ diſtantia. Recte etiam precipi poteſt
in amicicijs. ne quis intemperata quadam beneuolẽtia quod
perſepe fit. impediat magnas vtilitates amicorum Nec enim
vt ad fabulas redeam. Troiam neoptholemus capere potu//

liſſet. ſi Liconidem apud quem erat educatus. multis cum la
chrymis iter ſuum impedientem audire voluiſſet. Et ſepe in-
cidunt magne res vt diſcedendū ſit ab amicis. quas q̄ impedi
re vult ꝙ deſiderium nō facile ferat. is ⁊ infirmus eſt. molliſq̄
natura. ⁊ ob eam ipſam cauſam in amicicia parum iuſtus. At
q̄ in omni re conſiderandum eſt ⁊ quid poſtules ab amico. et
quid patiare a te impetrari Eſt etiam quaſi quedam calami-
tas in amiciciis dimittendis nōnunq̄ neceſſaria Jam enī a ſa
pientum familiaritatibus ad vulgares amicicias orō noſtra
dilabitur. Erumpūt ſepe vitia amicorum. tum in amicos. tū
in alienos quorum tamen ad amicos redundet infamia Ta-
les igitur amicicie ſunt remiſſione vſus eluende: ⁊ vt Catonē
dicere audiui diſſuēde magis q̄ diſſcindēde ſunt. niſi quedam
admodum intolerabilis iniuria exarſerit: vt neq̄ rectum neq̄
honeſtum ſit. neq̄ fieri poſſit: vt non ſtatim alienatio diſiūctio
q̄ facienda ſit. Si autem morum aut ſtudiorū cōmutatio q̄
dam vt fieri ſolet facta erit. aut in reip. partibus diſſentio inter
ceſſerit. loquor enī vt paulo ante dixi. non de ſapientum ſed de
communibus amiciciis cauendum erit. ne non ſolum amici-
cie depoſite. ſed inimicicie etiam ſuſcepte videantur. Nihil enī
turpius q̄ cum eo bellum gerere. quo cum familiariter vixe-
ris Ab amicicia. Qu. Pompeii meo nomine ſe remouerat vt
ſcitis Scipio. propter diſſentionem autem que erat in repu.
alienatus eſt a collega noſtro Metello. Vtrumq̄ egit graui-
ter auctoritate ⁊ offenſione animi non acerba Quam ob rem
primum danda opera eſt. ne que amicorum diſſidia fiāt Sin
tale aliquid euenerit vt extincte potius amicicie q̄ oppreſſe eſ
ſe videantur Cauendū vero. ne etiā in graues inimicicias cō

uertant ſe amicicię. e quibus iurgia. maledicta. contumelię gi/
gnuntur. Quę tamen ſi tolerabiles erunt ferende ſunt. Et hic
honos videri amicicię tribuendus eſt: vt is in culpa ſit quę fa/
ciat. non qui patiatur iniuriam. Omnino omnium hoꝝ vitio
rum atqꝫ incōmodorū vna cautio eſt atqꝫ vna prouiſio: vt ne
nimis cito diligere incipiant. neue indignos. Digni autē ſunt
amicicia quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligenter. Rarum ge
nus ⁊ quidem omnia pręclara rara. nec quicq̄ difficilius q̄ re
perire quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum Sed plę
riqꝫ neqꝫ in rebus humanis quicq̄ bonum norunt. niſi quod
fructuoſum ſit ⁊ amicos tanq̄ pecudes eos potiſſimum dili/
gunt. ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos.
Itaqꝫ pulcherrima illa ⁊ maxime naturali carent amicicia per
ſe ⁊ propter ſe expetenda. nec ſibiipſi exemplo ſunt. hęc vis a/
micicię qualis ⁊ q̄ta ſit. ipſe em̄ ſe q̇ſqꝫ diligit. non vt aliquā a
ſeipſo mercedē exigat charitatis ſue. ſed ꝙ ꝑ ſe ſibi q̇ſqꝫ charꝰ
eſt. qđ niſi idē in amicicia transferat̄ verꝰ amicus nunq̄ repiet̄
Eſt em̄ is amicus q̇dem qui ē tanq̄ alter idē Qđ ſi hoc appare
ret in beſtiis volucribꝫ agreſtibꝫ natantibꝫ cicuribꝫ feris. ꝓmū
vt ſe diligāt Id em̄ pariter cū om̄i animāte naſcit̄. deiñ vt req̇
rāt atqꝫ appetant aliquas animātes. ad quas ſe applicēt eiuſdē
generis. idqꝫ faciāt cū deſiderio ⁊ cum quadā ſimilitudine a/
moris hūani quāto id magis in hoīe fit natura. q̇ ⁊ ſe ipſe dili/
git ⁊ alteꝝ acq̇rit cuiꝰ aīm cū ſuo cōmiſceat: vt efficiat pęne v
nū ex duobꝫ Sꝫ pleriqꝫ ꝑuerſe ne dicā impudēter amicū hrē
talē volūt. q̄lis ipi eē ñ pñt. q̄qꝫ ipi ñ tribuūt aīcis. hęc ab iis
deſiderāt Par ē āt ꝓmū ipꝫ eē viꝝ bonū: tū alteꝝ ſilē ſui q̄rere
In talibꝫ ea quā iā dudū tractabaꝰ ſtabilitas aīcicię ꝯfirmari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

poteſt.cum homines beneuolentia coniuncti primū cupidita
tibus ijs quibus ceteri ſeruiunt imperabunt.deinde ęquitate
iuſticiacꝫ gaudebunt.omniacꝫ alter pro altero ſuſcipiet Necꝫ
quicꝙ̄ vnꝙ̄ niſi honeſtum ⁊ rectum alter ab altero poſtulabit
necꝫ ſolum colent ſe inter ſe ac diligent.ſed etiam verebuntur.
nam maximum ornamentum amicicię tollit.qui ex ea tollit ve
recundiam. Itaqȝ in ijs pernicioſus eſt error qui exiſtimant li
bidinum peccatorumqȝ omnium petere in amicicia licentiam
Virtutum em̄ amicicia adiutrix a natura data eſt.non vitioꝝ
comes:vt quoniam ſolitaria non poſſet virtus ad ea quę ſum
ma ſunt.peruenire.coniuncta ⁊ ſociata cum altera perueniret.
quę ſi quos inter ſocietas aut eſt aut fuit.aut futura eſt.eorum
eſt habendus ad ſummā naturę bonū optimus beatiſſimusqȝ
comitatus Hęc eſt inquā ſocietas in qua omnia inſunt quę pu
tant hoīes expetenda.honeſtas.gloria.tranq̄llitas animi atqȝ
iucūditas:vt cum hęc adſint beata vita ſit.⁊ ſine his eſſe non
poſſit.qđ cum optimū maximumqȝ ſit.ſi id volumus adipi-
ſci.virtuti opa danda eſt.ſine qua neqȝ amiciciā.neqȝ vllā rē
expetendam conſequi poſſumus. Ea vero neglecta qui ſe ami
cos habere arbitrantur.tum ſe deniqȝ erraſſe ſentiunt.cuȝ eos
grauis aliquis caſus experiri cogit Quocirca dicendum eſt e
tiam ſępius cum iudicaueris diligere oportet.non cum dilexe
ris iudicare. Sed cum multis in rebus negligētia plectimur
tum maxime in amicis ⁊ diligendis ⁊ colendis.pręposteris e-
nim vtimur conſilijs ⁊ acta agimus.quod vetamur veteri p-
uerbio. Nam implicati vltro ⁊ citro.vel vſu diuturno.vel eti-
am officijs.repēte in medio curſu amicicias exorta aliq̄ offen-
ſione dirumpimus.quo etiā magis vituperanda eſt rei tā ma-

xime neceſſarię tanta incuria. Una eſt enī amicicia in reb⁊ hu
manis. de cuiꝰ vtilitate oēs vno ore cōſentiūt q̄q̄ a multis ip
ſa v̄tus cōtemnit̄. ⁊ vendicatio quedā atq̄ oſtētatio eſſe dicit̄.
Multi diuitias deſpiciūt. quos ꝑuo cōtentos tenuis victus
cultuſq̄ delectat. Honores v̄o quoꝝ cupiditate quidā inflam
mant̄. q̄ multi ita cōtemnūt vt nihil inanius. nihil ēē leuiꝰ exi
ſtiment. Itez cetera que q̄buſdam admirabilia vident̄ ꝑmulti
ſunt q̄ ꝓ nihilo putēt. De amicicia oēs ad vnū idē ſentiūt. ⁊ hi
qui ad remp. ſe cōtulerūt. ⁊ hi q̄ reꝝ cognitōe doctrinaq̄ dele-
ctant̄. ⁊ hi q̄ ſuū negociū gerūt ocioſe. poſtremo hi qui ſe totos
tradiderūt voluptatib⁊ ſine amicicia vitā ēē nullā ſentiūt. ſi mō
velint aliq̄ ex ꝑte liberaliter viuere. Serpit enī neſcio quō ꝑ
oīm vitā amicicia. nec vllā etatis degēde rōem patit̄ ēē exꝑtem
ſui. Quinetiā ſi q̄s aſꝑitate ea ē ⁊ immanitate nature cōgeſtus
vt ſocietatē hoīm fugiat atq̄ oderit. qualē fuiſſe Athenis Ti-
monē neſcio quē accepimꝰ. tn̄ is pati nō poſſit vt nō acq̄rat ali
quē apud quē euomat virꝰ acerbitatis ſue. Atq̄ hoc maxime
iudicaret̄. ſi q̄d tale poſſit cōtingere: vt aliq̄s nos deus ex hac
hoīm frequētia tollerz. ⁊ in ſolitudinē vſpiā collocaret. atq̄ ibi
ſuppeditās oīm reꝝ quas natura deſiderat abundantiā ⁊ copi
am hoīs oīno aſpiciēdi poteſtatē eripet. q̄s tam ēēt ferreꝰ q̄ eaz
vitā ferre poſſet. Cuiq̄ nō auferret fructū voluptatū oīno ſoli
tudo? Uerꝝ igit̄ illud eſt q̄d a tarētino archita vt opinor dicere
ſolitū noſtros ſenis cōmemorare audiui ab aliis ſenib⁊ audi-
tum ſi q̄s celū aſcēdiſſet. naturāq̄ mūdi ⁊ pulchritudinē ſideꝝ
perſpexiſſet. inſuauē illā admiratōem ei fore q̄ iucūdiſſima fu-
iſſet. ſi aliquē cui narraret habuiſſet. Sic natura ſolitariuz ni-
hil amat. ſempq̄ ad aliq̄d tanq̄ adminiculū annitit̄ q̄d in ami

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

ciſſimo quoqꝫ dulciſſimum eſt. Sed cum tot ſignis eadem na
tura declaret. quid velit. ac querat. quid deſideret. obſurdeſci/
mus tamen neſcio quomodo. nec ea quę ab ea monemur audi
mus. Eſt em̄ varius ⁊ multiplex vſus amicicię multęqꝫ cauſę
ſuſpitionum offenſionumqꝫ dantur. Quas tum euitare. tum
eluere. tum ferre ſapientis eſt. Una illa ſubleuãda offenſio eſt:
vt ⁊ vtilitas in amicicia ⁊ fides retineatur. Nam ⁊ monendi
amici ſępe ſunt ⁊ obiurgandi. ⁊ hęc accipienda amicę cum be/
neuolę fiunt Sed neſcio quomodo verum eſt quod in Andria
familiaris meus Therẽtius dixit. Obſequiũ amicos. veritas
odium parit. Moleſta veritas eſt ſiquidem ex ea naſcitur odi
um quod eſt venenum amicicię. Sed obſequium multis mo
leſtius quod peccatis indulgens pręcipitem amicum fieri ſi/
nit. Maxima autem culpa in eo eſt. qui ⁊ veritatem aſpernat.
et in fraudem obſequio impellitur. Omnis igitur in hac re ha
benda ratio ⁊ diligentia eſt primũ vt monitio acerbitate. de/
inde obiurgatio contumelia careat. In obſequio autem (quo/
niam therentiano verbo libenter vtimur) comitas adſit. aſſen
tatio vitiorum adiutrix procul amoueatur. quę non modo a/
mico. ſed ne libero quidem digna. Aliter enim cum tyranno. a
liter cum amico viuitur. Cuius autem aures clauſę veritati
ſunt: vt ab amico verum audire nequeat. huius ſalus deſpe/
randa eſt Scitum eſt enim illud Catonis. Multo melius de
quibuſdam acerbos inimicos mereri quam eos amicos qui
dulces videantur. illos verum ſępe dicere, hos nunq̃. Atqꝫ il/
lud abſurdum eſt. ꝙ hi ſcilicet qui monentur eam moleſtiam:
quam debent capere non capiunt (eam capiunt) qua debēt ca
rere. Peccaſſe enim ſe non anguntur, obiurgari moleſte ferunt

quod contra oportebat. delicto dolere. obiurgatione gaudere.
Ut igitur ꝛ monere ꝛ moneri proprium eſt vere amicicię. ꝛ al
terum libere facere. non aſpere. alterum patienter accipere nō
repugnanter. Sic habendum eſt nullam in amicis peſtem eſ
ſe maiorem quam adulationem. blandicias. aſſentationem. Q̄
uis enim multis nominibus eſt hoc vitium notanduꝫ leuium
hominum atqꝫ fallacium. ad voluptatem loquentium omnia
nihil ad veritatem. Tum autem omnium rerum ſimulatio eſt
vitioſa. tollit enim iudicium veri. idqꝫ adulterat. tum amicicię
repugnat maxime. delet enim veritatem. ſine qua nomen ami
cicię valere non poteſt. Nam cum amicicię vis ſit in eo: vt vnꝰ
quaſi animus fiat ex pluribus. qui fieri poterit. ſi ne in vno q̄
dem quoqꝫ vnus animus erit. idemqꝫ ſemper. Sed variꝰ cō
mutabilis multiplex. Quid enim poteſt eſſe tam flexibile. tam
deuium. quam animus eius qui ad alterius non modo ſenſuꝫ
ac voluntatem. ſed etiam vultuꝫ atqꝫ nutum conuertitur Ne
gat quis: Nego. Ait: Aio. Poſtremo imperaui egomet mihi
omnia aſſentari vt ait idem Therentius. Sed ille in Gnato
nis pſona quod amicicię genus adhibere omnino leuitatis eſt
Multi autem Gnatonū ſimiles cum ſint loco fortuna fama
ſupiores. horū eſt aſſentatio moleſta cū ad vnitatē acceſſit au
ctoritas. Secerni autē blandus amicus a vero tam poteſt. ad
hibita diligentia quā omnia fucata ꝛ ſimulata a ſincęris atqꝫ
veris. Concio quę ex impitiſſimis cōſtat. tamen iudicare ſolet
q̄d interſit iter ꝑplárem id ē aſſentatorē ꝛ leuē ciuē. ꝛ iter ꝯſtantē
ſeuerꝫ ꝛ grauē. Quibꝫ blādicijs. L. Papyriꝰ ꝯſul nuꝑ iſluebat
in aures ꝯcioīs cū ferret legē d̄ tribuīs pleb reficiēdis Diſſuaſi
mꝰ nos ſꝫ nihil d̄ me. de Scipiōe dicā libētiꝰ. q̄ꝫta illi dij imor

tales fuit grauitas! Quāta in orōe maieſtas! Ut facile ducem
populi Ro. nō comitem diceres Sed affuiſtis ⁊ eſt in manibꝰ
oratio. Itaqꝫ lex popularis ſuffragijs populi repudiata eſt At
qꝫ vt ad me redeā Memiſtis Qu. Maximo frē Scipionis. ⁊
L. Mācino cōſulibꝰ q̄ꝫ popularis lex de ſacerdotijs. C. Luci
nij Craſſi videbaꝛ. coaptatio em̄ co'legioꝝ ad populi bñficiū
trāſferebaꝛ. Atqꝫ is p̄mū inſtituit in foro verſus agere cū pplō.
Tamē illius vendibilē orōez religio deoꝝ immortaliū nobis
defendentibꝰ facile vincebat. Atqꝫ id actū eſt p̄tore me q̄nquen
nio añq̄ꝫ cōſul ſim factus. Itaqꝫ re magis q̄ꝫ auctoritate cauſa
illa defenſa eſt. Quod ſi in ſcena id eſt in cōtione in qua rebꝰ fi-
ctis ⁊ adūbratis loci plurimū eſt. tantū veꝝ valet. ſi mō id pate
factū ⁊ illuſtratū eſt. q̄d in amicicia fieri oportet. q̄ tota ꝟitate
perpendiꝛ. In qua niſi vt dꝛ aptum pectꝰ videas. tuūqꝫ oñdas
nihil fidū nihil exploratū habeas. ne amare quidez aut amari
poſſis. cum id quā vere fiat ignores Quāq̄ꝫ iſta aſſentatio ꝑni
cioſa ſit. nocere tamē nemini poteſt niſi ei q̄ eaz recipit. atqꝫ ea
delectaꝛ. Itaqꝫ fit vt is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas
maxime. q̄ ipſe ſibi aſſentaꝛ ⁊ ſe maxime ipſe delectet Omino ē
amans ſui ꝟtus. optime em̄ ſe ipſaz nouit. quāqꝫ amabilis ſit
intelligit. Eo aūt nō de ꝟtute nūc loquor. ſed de ꝟtutis opinio
ne. virtute em̄ ipſa nō tam multi p̄diti eſſe q̄ꝫ videri volūt Hos
delectat aſſentatio his fictus ad eorū voluptatē ſermo cū ad-
hibeꝛ orōem illam variā teſtimoniū eſſe laudū ſuarum putāt
Nulla eſt igiꝛ hęc amicicia cum alter veꝝ audire nō vult. alter
ad mentiendū paratus eſt. Nec ꝑaſitoꝝ in comedijs aſſenta-
tio nobis faceta videretur niſi eſſent milites glorioſi. Mag-
nas vero agere grās Thais mihi. Satis erat reſpōdere ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

gnas.ingentes inquit. Semꝑ auget aſſentatio id q̄d is cuius
ad voluntatē dꝛ vult eſſe magnuꝫ. Quā ob rem q̄uis blanda
iſta vanitas apud eos valeat.qui ipſi illā allectāt ⁊ inuitāt.ta-
men etiā grauiores cōſtantioreſqꝫ admonendi ſunt: vt aīmad
uertant ne callida aſſentatōe capiant̄. Aperte em̄ adulantē ne
mo nō videt niſi qui admodū eſt excors.callidus ille ⁊ occult⁹
ne ſe inſinuet ſtudioſe cauendū eſt.nec em̄ facillime agnoſcit̄.
quippe q̄ etiā aduerſando ſępe aſſentatur. ⁊ litigare ſe ſimulās
blandiat̄.atqꝫ ad extremū det manus vinciqꝫ patiat̄.vt is qui
illuſus ſit plus vinciſſe videatur. Quid aūt turpius q̄ꝫ illudi?
Quod ne accidat magis cauendū eſt.vt in epicureo.hodie me
ante oēs coamicos ſtultos ſenes verſaris atqꝫ luſeris lautiſſi
me. Hęc etiā in fabulis ſtultiſſima ꝑſona eſt improuidoꝝ ⁊ cre
duloꝝ ſenū. Sed neſcio quo pacto ab amicicijs ꝑfectoꝝ hoīꝫ
id eſt ſapientū.de hac dico ſapientia q̄ videt̄ in homīem cadere
poſſe ad leues amicicias defluxit oratio. Quā ob rem ad illaꝫ
primā redeamus.eamqꝫ ipſam cōcludamus aliquando. Vir
tus inquā. C. Fannius ⁊ Tullius. Qu. Muti ⁊ cōciliat ami
cicias ⁊ conſeruat. In ea eſt tm̄ cōuenientia rerum.in ea ſtabi-
litas.in ea conſtantia. Quę cū ſe extulit ⁊ oſtendit lumē ſuum
et idē aſpexit agnouitqꝫ in alio.ad id ſe admouet.viciſſimqꝫ ac
cepit illud quod in altero eſt. Ex quo eorum exardeſcit ſiue a-
mor ſiue amicicia vtrūqꝫ em̄ dictū eſt ab amādo. Amare enim
nihil aliud eſt niſi eū ipſum diligere quē ames.nulla indigētia
nulla vtilitate queſita. Quę tamen ipſa effloreſcit ex amicicia
etiam ſi tu eā minus ſecutus ſis. Hac nos adoleſcētes bn̄uolē
tia ſenes illos. L. Paulū. M. Catonē. C. Galla. P. Naſicaꝫ
Ti. Gracchū Scipionis noſtri ſocerū dilleximus. Hęc etiam

magis elucet inter equales: vt inter me ⁊ Scipionē. L. Furi
um. P. Rutiliū. Sp. Mumiū. Uiciſſim āt ſenes in adoleſcē-
tum charitate acq̄eſcim⁹: vt in veſtra ⁊ in Qu. Tuberonis E
quidē admodū adoleſcentis. P. Rutilij Uirginij familiarita
te delector Quandoquidē ita ratio compata eſt vitę naturęqꝫ
noſtrę: vt alia ętas oriatur ex alia. maxime q̄dem optandū eſt:
vt cū ęqualib⁊ poſſis viuere. quib⁊ cuꝫ tanq̄ꝫ e carceribus emiſ-
ſus ſis. cum iiſdē ad calcem vt dr̄ ꝑuenire. Sed q̄m res huma
nę fragiles caduceqꝫ ſunt. ſemꝑ aliq̄ acquirendi ſunt. quos di
ligamus ⁊ a q̄bus diligamini Charitatę em̄ beneuolentiaqꝫ
ſublata omnis eſt e vita ſublata iucūditas Mihi q̄dem Sci
pio q̄ꝫq̄ꝫ eſt ſubito ereptus. viuit tamē. ſemꝑ viuet Uirtutem
em̄ ſemꝑ amaui illius viri q̄ extincta nō eſt. nec mihi ſoli verſa
tur ante oculos qui illam ſemper in manibus habui. ſed etiam
poſteris erit clara ⁊ inſignis Nemo vnq̄ꝫ animo aut ſpe maio
ra ſuſcipiet. qui ſibi nō illius memoriam atqꝫ imaginem ꝓpo
nendam putet Equidem ex omnib⁊ rebus quas mihi aut for
tuna aut natura tribuit. nihil habeo quod cum amicicia Sci
pionis poſſim compare In hac mihi de republica fuit cōſen-
ſus. In hac rerum cōſilium In eadem req̄tis plęna oblectatō
nis fuit Nunq̄ꝫ illum ne minima quidem re offendi quod qui
dem ſenſerim Nihil audiui ex eo ipſe quod nollem Una do-
mus erat: idem victus. iſqꝫ cōmunis. neqꝫ ſolum militia. ſed e
tiam peregrinatōes ruſticationeſqꝫ cōmunes Nam quid ego
de ſtudiis dicam coguoſcendi ſemper aliquid aut diſcendi in
quibus remoti ab oculis populi omne ocium tempuſqꝫ con
triuimus Quarum rerum recordatio ⁊ memoria ſi vna cuꝫ il
lo occidiſſet. deſiderium coniunctiſſimi viri atqꝫ amantiſſimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

ferre nullo modo poſſem. Sed nec illa extincta ſunt. aluntur=
qꝫ potius ⁊ augentur cogitatione ⁊ memoria Et ſi plane or=
batus eſſem. magnum tamen afferres mihi ętas ipſa ſolatiuꝫ
Diutius enim in hoc deſiderio eſſe non poſſum Omnia auteꝫ
breuia tolerabilia eſſe debent. etiam ſi magna ſint Hęc habui
de amicicia quę dicerem Uos autem hortor: vt ita virtutem
locetis: vt ea excepta. nihil amicicia pręſtabilius eē putetis.

¶ M. T. Ciceronis De amicicia
finitur hic liber.

¶ Impreſſum ꝑ me Jacobū de Breda.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51

Cat: G: J: de Servais. Nº 2069.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 51